

explicantur, quædam in abdito arcana relinquantur. ut eorum exercitio, ac studio multum mereamur.

704. Plenè & genninè respondeo. Duo à Domino sunt explicata: scilicet nempe, quod essent Episcopi, Candelabra Ecclesiæ; illa enim duo maxime spectabant ad institutionem, corroborationem, correctionem, ac consolationem illarum Ecclesiarum Asiæ. earumque Pastorum ut ipsi cum suis subditis viderent bona, in quibus tenebantur proficere, & mala, à quibus etiam declinare debebant. Deinde ut maxime nobis esset insinuata, & alta mente reposita reverentia Pastoribus debita, cum ipsi à Domino Angeli dicantur: & quæ ad hanc venerationem commendandam spectant, non alteri committit Dominus, sed ipse per se explanat.

705. Aia verò, quæ sunt in hac visione, sine expositione præ erit Dominus; quia illis duobus explicatis, poterat vir sagaci ingenio, divina gratia illustrato, studioque literarum adhibito, eorum mysticam intelligentiam, ac significationem indagare, ac inquirere. Ait Christus Joan 5 n. 39. *Scrutamini scripturas, illa sunt, quæ testimonium unum perhibent de me* Ex quo monet D. Chrysolom. 9. homil. in Geuf. quod facta litera magno studio, ac labore sunt conquiritur: *Qui, ait, preciosos lapides in mari quarunt, non sedent iuxta litus maris, fluitus numerant, sed in profundum se demittunt; & ut na dicant, quæsi in ipsis abyssis descendentes assequuntur, quod tanta opera exquirant. Quamvis, qui dimagra utilitatis vita huic attule-*

706. Homo ille, qui invenit thesaurum absconditum in agro; & præ gaudio illius ab eis, & vendidit universa, quæ habuit, & emit illum. Matth. 13. num. 44. *Vendit universa, id est, pro illo agro comparando, tradidit omnia sua, tam divitias, ac bona temporalia, quam requiem, ac quietem; nulli peperit pro tali thesauro obtinendo; & quisnam est iste thesaurus, qui in tanta æstimatione est habitus ab illo homine? Rupertus lib. 8. de Victoria Verbi cap. 26. interpretatur, Thesaurum illum esse sacram Scripturam, quàm hominibus divitiis, labori, ac quieti prætulit, & pro ejus possessione omnia alia contempsit, de illa enim dicitur Psal. 18. num. 11. *desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum.* Et Psal. 118. numero 72. *Dilexi mandata tua super aurum, & topazion.* Quod prudentissimè factum est istis hominibus. Citatus Rupertus: *Hoc invento, ait, delectati, & universa, quæ habebant, venderunt, & agrum huiusmodi emerunt; ut exonerati secularibus negotiis, vacare possent, & intendere, vel meditari in lege Domini.**



CAPUT SECUNDUM ARGUMENTUM CAPITIS.

IOANNES ex Christi jussu scribit septem Asiæ Episcopis, quorum in hoc Capite quatuor commemorantur. Primus Ephesinus admonetur quod collapsam primam charitatem repararet; si non faciat, minatur, quod ejus candelabrum amovebit; si faciat signum vitæ ei in præmium promittitur. Secundus est Angelus Smyrnæ, & admonetur, quod sit firmus in fide ac virtute usque ad mortem, & ei promittit vitæ coronam. Tertius est Episcopus Pergami, & exhortatur, ut viriliter, ac generose se opponat Nicolaitis; minans gladium, & promittens manna absconditum, & calculum cadnidum. Quartus est Episcopus Thyatiræ; & ei dicitur ut resistat Jesabeli, docenti fornicari & vesci idolothytis, eique facienti promittitur potestas supra gentes, & stella matutina.

PRIMA EPISTOLA.
Apoc. 2. n. 1. Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui

VERSIONES.
Tygur. Pagn. Angelo Ephesinæ Ecclesiæ scribe.
Mariana. Episcopo Ephesi.
Arias. Angelo Ecclesiæ in Epheso scribe.
Syrus. Hæc dicit ille tenens omnia, & illas septem Ecclesiæ.

EXPOSITIO I.



ET Angelo. Illa conjunctio, & præsentia cum superioribus connectit, ut fiat evidens, continuatum esse sermonem. Angelo Ephesi, Ecclesiæ scribit. Id est, Episcopo Ephesinæ Ecclesiæ scribe meo nomine, inquit Christus et huic Episcopo primo omnium scribitur, tanquam Primati ac capi i totius Asiæ, & per ipsum totique ejus Ecclesiæ scribitur; in suo Prælato, ac Episcopo, omnes ejus subditi informantur. Hunc autem Episcopum fuisse S. Theodorem, docet cum junior, ac magis recepta sententia.

Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua. In una qualibet epistola cuilibet Episcopo repetit aliquam circumstantiam ex his quæ vidit in superiori visione, in persona Christi, & huic Prima dicitur, qui tenet septem stellas in dextera; quia Prælati à Christi manu dependent; ejusque virtute sustentantur. *Qui ambulat in medio septem canalabrorum aureorum.* Id est, qui ambulat in medio Ecclesiarum, singulorum lumen intuens, quantum luceant, ne forte sine oleo charitatis sine operibus dilectionis, fumiget fides mortua, seu mortuorum.

QUESTIO I.

Pro his septem Epistolis ad Episcopos Asiæ, aliquot quæstiones Prælimiales resolvuntur.

1. Nequam ad singulas epistolas d. veniamus, aliquid commune ad omnes notandum est, & primò.

Quid in istis Epistolis significetur?

Notat Alcazar, in istis septem epistolis instrui septem diversa genera conscientiarum; tum Episcoporum, cum aliorum fidelium. Primum genus est negligentium Secundum, diligentium. Tertium, deficientium, & inconstantium. Quartum, imbecillium. Quintum, lassorum. Sextum, timidorum. Septimum, imprudentium, & tepidorum. Unde comparate possumus hos septem Episcopos, septem Planetis. Ephesinum Mercurio, bono & bene ordinato, sed remissi ardoris: Smyrnaum Soli, eximia virtutis, & omnia nubila superantis: Pergamum Jovis, deficienti, & inconstanti:

Thyatirenses Veneri, imbecilli: Sardenses Marti, laboribus quasi lassos, & dormitabundo: Philadelphiae Jovi, timido, sed felicis fortunæ: Laodiceum Saturno, temerario, ac tepido.

Cur Epistolæ hæc diriguntur ad Episcopos, & non ad subditos?

Paulus valde frequenter scribens suas Epistolas, eas ad subditos ad populos dirigit, ut ad Romanos Corinthios Galatas Colossenses, ac Ephesios. At hic jussu Christi non ad subditos, sed ad Prælatos, ac Antistites Epistola scribuntur: Angelo Ephesi, Angelo Smyrna, &c.

Respondet primò D. Anselmus Episcopus, ait, scribit de manu cujus subditi omnia peccata requiruntur: sine ejus cæmmoni, subditi essent judicandos præsumit. Agebatur multa ex parte de subditorum peccatis; & tamen non illis, sed eorum rectoribus scribit Dominus: quia ille qui præest, de suis ovibus tenetur reddere rationem; eorumque crimina de manu Prælatorum requirenda sunt. Secundò ali er respondet Lyranus: *Informans Episcopum, ait, qui est caput illius Ecclesiæ, informabat populum sibi subditum.* Solum Episcopo scribitur, & non subditis: quia quæ superioribus dicuntur, ad inferiores derivantur, præcipue cum majorum mores sint norma minorum & faciliè inferiores superiorum mores ebibant: deo quod Episcopis dicitur, d. etum omnibus reputatur.

Quare in singulis Epistolis dicitur Joanni, Scribe?

In singulis Epistolis dicitur Joanni, Scribe. Angelo Ephesi scribe; Angelo Smyrna scribe; Angelo Thyatiræ scribe. In omnibus servatur hæc forma ut ad omnes sit æqualis methodus dicendi: & in singulis dicitur Joanni, Scribe, ut fiat evidens, quod non arbitrio suo, sed Dei jussu hæc mittebantur: nam in his erant corrigendi ac arguendi Ecclesiæ Prælati, ad quod non facile quisque se intromittat, nisi ex Dei afflatu, ipsoque Deo verba pictante, ut hic legimus factum; & ut etiam Joannes suis scriptis magnam reconciliaret auctoritatem, ut potè à deo e'apla. Sic Parens Elias, cum occurreret Achab descendenti ad occupandam vineam Naboth, ait illi *Hæc dicit Dominus: Ociasti, insuper & possidisti, & post hæc addes: Hæc dicit Dominus: In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.* 3. Reg. 21. num. 19. Sic idem Propheta ait Regi Ochozia: *Hæc dicit Dominus: Quia misisti nuntios ad consulendum Beezebul Deum Accaron, quasi non esset Deus in Israël, ideoque sed morte morieris.* 4. Reg. 1. n. 16. Hic erat frequens dicendi modus Prophetarum, ut eorum vox esset formidolosior, ac terribilior, maiorque auctoritatis: præcipue cum ad Reges dirigeretur sermo, ut scirent, quod non proprio nutu, sed dei jussu loquebantur.

Cur propria Episcoporum nomina non exprimuntur?

8. Electus Episcopus debet mutari in virum alterum.

1. Reg. 10. Remissio charitatis delet nomen Episcopi.

9. Prælati debet transformari in subditos, ut sit idem cum illis.

Primal.

Episcopus idem est cum sua Ecclesia.

10. Matth. 16.

Apoc. 21.

Scribit Joannes septem Epistolas septem Asiae Episcopis. Cur propria nomina ipsorum Episcoporum in fronte harum Epistolarum non affiguntur...

Ideo ergo in subscriptione harum Epistolarum propria Episcoporum nomina non referuntur; quia Antistes suscepto onere Episcopali...

Prælati debet transformari in subditos, ut sit idem cum illis. Hæc ingeniola interpretatio Patronum habet Primalium...

Ait Christus Petro: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Matth. 16. num. 18. & Petrus, quænam Petra erat...

Plinio asserente: Jaspis sapor transluet. Et citato cap. 21. Apocal. n. 10. dicitur de sancta civitate: Et lumen ejus simile lapidi pretioso...

Deinde jaspis non solum p r lucidus est sed etiam colore variatus, variisque colores exprimit, qualis ex albo, viridi, nigro, ac caruleo...

QUESTIO II.

Quenam civitas esset Ephesus: & quis Episcopus hic commemoratus; & cur ab illo inchoatur in his Epistolis?

Ephesus illustre totius Asiae minoris emporium, illiusque Metropolis, ab Amazonis condita, ac ædificata, ut testantur Justinus lib. 2. & Plinius lib. 5. cap. 19. quamvis Pherecides, & ex Strabo, erectam esse dicant ab Antiocho Codri Atheniensium Regis filio...

11. Quis Episcopus. Lyran. Ribeira. La Haye.

14. Timotheus Episcopus. Aureolus. Viegas. Alcazar. Perer. Corn. Tirinus. Ferrad. Baron.

15. Ad fundamentum.

D. Chryf. 16. Richard.

Majorum pæna, minorum est eruditio, ut emendetur.

17.

histor. Ecclesiast. cap. 4. ad ipsos Ephesios unam epistolam scripsit: sicut & ad Timotheum discipulum suum.

Tamen valde communis est sententia, quod iste Episcopus Ephesinus fuerit Timotheus, Pauli discipulus. Ita Aureolus, Viegas, Alcazar, Perer, Corn, Tirinus, Ferrad, Baron.

Ad fundamentum contrarium respondetur, quod cum dicitur: Primam charitatem relinquit id est primum illum charitatis fervorem: hæc est enim humana infirmitas ut illi, qui magno spiritu ceperunt inservire Deo, sensum de eius corde languescant, ac remittant; deinde quia hæc non solum Episcopis, sed etiam ipsismet Ecclesiis Ecclesiarumque filiis, a Christo scribi mandatur; & ideo in Episcopis primario reprehenduntur, quia vitia subditorum raro sine culpa superiorum committuntur, ut ait Divus Chrysof. hom. 38 in Matt.

Uterius inquit questio: cur ab hoc Episcopo Ephesino incipit Joannes in suis Epistolis? Respondet recte Richard. Victor. Primum, ait, de Episcopo Ephesio sic agit, qui ceteris prælatione, & dignitate sublimior existit: dum illi, qui in civitate Metropoli sedeant, increpantur, omnibus aliis emendantur, in exemplum correptionis proponantur. Alii Episcopi Asiae reprehensione erant digni, & in eos severe animadvertit hic Christus; & tamen in hac increpatione ab Ephesio Præsule exordium sumit Christus, qui Primas, ac major erat in dignitate, ut modò diximus, & merito sanè, quis increpatione in majores illata, in minores derivatur: & cum digniores corriguntur etiam alii inferiores puniuntur, ac ad meliorem frugem revocantur.

Cum populus multa aquarum penuria laborasset juxta Gades, obmurmuravit contra Moysen, & Aaron: tunc de mandato Dei, Tulit Moyses virgam, & congregata multitudinem ante petram, dixitque eis: Audite rebelles, & increduli: nunquid de petra hac vobis aquam poterimus eicere? Cumque elevasset Moyses manum, percussit virga bñ siliem, egressa sunt aqua largifera.

similitudo in populo habet. Num. 20 n. 9 & 10. Num. 28. Tunc ait Deus Moysi, & Aaron: Quia non credidistis mihi, ut sanctificaveris me cor me in filiis Israel, non introdueris hos populos in terram quam dabo eis. Ibid. num. 1. Ecce res maxime ponderanda in populo extitit rebellio, & incredulitas, Audite rebelles, & increduli: quæ fuit grande peccatum, ut commune est apud omnes: in Moysen & Aaron, ob populi murmur, fuit quædam diffidentia, & tepidus languor, de educenda aqua, ut tenet Cornelius Lapide; quæ non credidisti mihi: Quæ diffidentia, ut contendit Lorinus ex D. Augustino, peccatum tantum veniale extitit: & tamen illa populi incredulitas non legitur in hoc eventu puniri, sicut illa Moysi, & Aaron's, quæ venialis metas non excedebat; non introductis hos populos, &c. Levis superiorum culpa severius, ac rigidius plectitur, quàm grande inferiorum delictum. Deinde maxime ad nostrum scopum Moyses, & Aaron ob suam incredulitatem castigantur: non verò totus populi congregatio ob crimen simile. Moyses, & Aaron totius populi Principes duces ac capita; & in eorum reprehensione etiam inferiores coarquantur: & dum majores poenâ multantur, etiam in illa subditi involuntur, verbera enim illata in capita, etiam membra tangunt, apprehendunt.

QUESTIO III.

Quare in titulo hujus Epistola ponitur, Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera?

Singula, quæ vidit Joannes in superiori visione, tunc sigillatim in singulis epistolis, ex verbis Christi reperit: & Episcopo Ephesino in hac prima epistola dicitur: Hæc dicit, qui tenet septem stellas. Cur hoc peculiariter huic Episcopo dicatur, præsens inquit questio.

Primo ad questio nem respondet Joachimus Abbas: Tenet Dominus, ait, septem stellas in dextera sua, ut ad sinistram non effluant reproborum; nisi quia Dominus aliquos roborando tenet, universa Ecclesiarum fabrica ruinam patere, sicut ex voce ipsius Domini per psalmistam dicitur. Pl. 74. Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmavi columnas ejus, Ephesius Episcopus erat Primas, ac caput aliorum Episcoporum Asiae: & huic dicitur: Qui tenet septem stellas: non qui habet; nam id, quod habetur, aliquando facit labor, non sic illud, quod tenetur; & hoc dicitur huic Episcopo, tanquam Primati, & in populo ceteris, ut intelligant, quod Deus peculiari cura ac protectione prosequitur Episcopos Ecclesiarum eosque sua gratia fovet, ac servat, & quia huic Episcopi Ephesini multa bona opera referuntur (& sic de aliis Episcopis, ut suo loco videbitur) Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam. Deinde arguitur quod charitatem suam primam relinquit, & ad poenitentiam exhortatur, ut intelligat divini favoris esse quod fecit, Dextera Domini fecit virtutem dextera Domini exaltavit.

Corn. Lorinus. D. August. Levis culpa superiorum rigidius puniatur quam grande delictum inferiorum.

Pœna superiorum etiam inferiores apprehendit.

18.

19. Joach.

Psalm. 74.

Deus fortiter terret suos.

Bona opera nostra à gratia Dei sunt.

1700